



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

15 Voto nemo potest se firmiter obligare in his, in quibus alteri subijcitur,
sine illius concensu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quest. 4. c. quando, de iurejur. & Graff. c. 21. num. 7.

8 Ad voti validitatem ¶ considerata tantummodo persona votentis, tria requiruntur, videlicet, rationis deliberatio, propositam voluntatis, & promissio, in qua voti ratio perficitur, quæ tria non multa¹² indigent deliberatione, sed subito fieri possunt. Sylvest. in verb. iuramentum, 4. n. 9. quem sequitur, Graff. ead. cap. num. 2. sed non omnes habent potestatem votendi, quia sex genera personarum votere non possunt.

9 Primò, ¶ Episcopus votum, per quod vineculum inter ipsum, & suam Ecclesiam contractum dissolvatur, emittere prohibetur, nec etiam aliud, per quod ecclesiæ suæ graviter præjudicetur, unde votum peregrinationis, per quod diu ab ecclesia sua abesse deberet, sine licentia Papæ emittere non potest, cap. nisi cum pridem, in fin. de renunciat. cap. sicut nostris, & ibi glōf. in verb. in damnum, de iurejur. cap. magna, de vot. & vot. redem. & cap. licet, de regul. emittere tamen potest votum abstinentiæ, & eleemosynæ, ac omne votum, per quod bonum præbeat exemplum, d. c. magna, Host. in summ. de vot. §. quis votere possit num. 7. & Graff. decis. aur. cap. 12. nu. 13. par. 2. lib. 2.

10 Secundo, ¶ monacho non licet votere sine consensu sui Abbatis, & si voverit irritandum erit, cap. voto. 20. quest. 4. & S. Th. 2. 2. quest. 88. artic. 8. similiter nec Abbates sine consensu suorum superiorum, Abb. in cap. scriptura, in fin. de vot.

11 Tertio, ¶ nec clericus secularis votum peregrinationis sine sui Episcopi consensu emittere potest, sed votum continentie, & religionis eidem emittere licet, cap. duæ

19. quest. 2. cap. non oportet, de consecr. dist. 5. Innoc. in cap. scriptura, num. 3. & ibi Abb. num. 9. de vot. præsertim, si habet beneficium, quod personalem residentiam requirat, cap. admonet, ubi etiam glōf. in verb. in consulto de renunc.

12 Quarto, ¶ vir, & uxor non possunt votere abstinentiæ, vel peregrinationem, unus sine consensu alterius, excepto voto peregrinationis ultramarinæ, quod viri, & mulieres altero invito, si sunt potentes, facere possunt, Innoc. in d. cap. scriptura, n. 3. vers. vir autem, & ibi Abb. num. 8.

13 Quinto, ¶ votere valide non possunt impuberes sine tutoris, vel patris auctoritate, cap. 1. & 2. 20. quest. 2. nec pubes filiusfamilias, excepto voto religionis, quod liberè emittere potest, sine consensu patris, Hostiens. in sum. §. si quis votere. num. 7. vers. sed nunquid, de vot. sed ad professionem emittendam, hodie non sufficit pubertas, quia religionem nemò profiteri potest ante annum decimum sextum æpletum. Conc. Trident. cap. de reg. & monia. sess. 25.

14 Sexto, ¶ nec servus votere potest quicquam, quo minuatur servitium domini, cap. si servus § 4. dist. cap. mulieres, & cap. relatum, de sentent. excomm. & Innoc. in dicto cap. scriptura, num. 3. & nemo potest per votum ¶ se firmiter obligare in his, in quibus alteri subijcitur, sine consensu sui superioris. Num. cap. 30. Quod autem non possit quis per promissionem se firmiter obligare ad id, quod est in potestate alterius, sed ad id tantum, quod est in sua potestate, quoniam. qui est subiectus alteri, quantum ad ea, in quibus est subiectus, non potest facere, quod vult, sed dependet à voluntate alterius, quapropter ea ratione

- ratione vivere non possit, tenet S. Th. d. 9. 88. art. 9.
- 16 Vota, sub pœna peccati mortalis sunt servanda, & quamprimum etiam implenda, S. Thom. ead. quest. 88. art. 3. & in propriis terminis, Sor. de iust. & jur. lib. 7. g. 2. art. 1. Votum autem non adimplere est contra Dei charitatem, & in genere peccatorum mortalium, Graff. decis. aur. 17. tit. eod. cap. 22. sed votum ꝑ metu factum, ad quod minis quis compellatur, non obligat voventem, si talis sit metus, qui in constantem virum cadere possit, quod boni viri arbitrio est remittendum, h. interpositas, in verb. cruciatum, ff. ex qui. cau. major. Abb. in cap. cum virum, num. 8. de regul. glori. in cap. cum dilectus, in ver. metus mortis, de his, qua vi mes. ve. ca. & major metus cadit in feminam, quam in virum propter fragilitatem sexus, gloss. in cap. cum locum, in ver. metus, & ibi Abb. de spons. & Paris. cons. 26. num. 22. 64. lib. 3.
- 18 Nec ꝑ matrimonium metu contractum tenet, dicto cap. cum locum, c. requisivit, & cap. gemma eod. tit. de spons. Ideo puella meticolose ꝑ monasterium ingressa cum habitu susceptione, & ante legitimam ætatem professionis gestatione potest exire, & habitum dimittere, quia cum habitus probationis, qui defertur ante professionis emissionem, sit distinctus ab habitu professionis, per illius gestationem non inducitur aliqua ratificatio, quia ad hoc ut factum ꝑ in minori ætate obliget, adveniente pubertate, requiritur, ut ratificetur expresse, vel saltem perseveret per totum annum decimum sextum, à Conc. Trid. præscriptum, ut in dicto cap. 15. & per Ab. in cap. significatum, num. 5. de reg. & quantumque tempore quis gestaverit habitum probationis patenter distinctum ab habitu professionis, non censetur emittere professionem, nec obligatur religioni in genere, neq; in specie, sed potest redire ad seculum. Innoc. Andr. in fin. Anchar. n. 5. Abb. n. 3. vers. secundo casu, de regi. & Navar. cons. 25. num. 3. de vot. lib. 3.
- 21 Irritare votum ꝑ est ipsum infringere, & cassare, ut amplius ligandi vim nõ habeat, & hoc possunt ij, in quorum potestate sunt voventes, ut pater, & eo deficiente mater, si est nutritrix filiorum, & ipsi tutores, velevatores, maritus, dominus, Abbas, & alii Prælati religiosorum, in iis, in quibus voventes eis subjiuntur, cap. puella, 20. q. 2. ca. manifestum, c. noluit, 35. quest. 5. pro quibus canones irritarunt, & semel legitime irrita, semper irrita manent, nec incipiunt obligare, postquam illi liberantur à subjectione irritantium, quia obligatio ꝑ sevel extincta nunquam reviviscit, Sylve. qui hanc dicit communem, in ver. religio. 2. quest. 15. vers. sed si impubes, & ver. votum, 4. quest. 2. vers. quintum, & Graff. decis. au. cap. 29. per tot. part. 1. lib. 2.
- 23 Vota necessitatis, ꝑ quæ emittuntur in baptismi susceptione, nec irritati, neque commutari possunt, ut in ca. sunt quadam, junct. gloss. in ver. debemus 17. quest. 1. Nã commutatio voti, vel redemptio exigat, ut id, in quod votum est commutandum, aut reducendum, æquè bonum sit, aut melius, quam id, quod vovit. Navar. in Manual. cap. 12. num. 63. Propria ꝑ auctoritate in melius votum commutari potest, quia propositum, aut promissum infringere non creditur, qui illud in melius com-